straszna w wielości, y wielkości męk piekiel-
nych iak iest długa w wieczności nigdy nieskoń-
czoney, tak nade wszystko przykra y nieprzer-
wanego nigdy ani na moment udręczenia.
Dla czego Swięty Augustyn tę karę nazywa
tak wielką, iak iest sam Bog wielki; bo iako wiel-
kości Boga poiąć nikt nie potrafi, tak też szkody
w utraceniu Jego nie wielki nikt nie nadgrodzi.
Ach! gdyby teraz kaimowi pozwolone było z męk
piekielnych powrocenie do życia, przebog coż
by czynił? iakby pokutował, a toż gdy go on
tego szczęścia nie będzie miał na wieki, a my
go mamy, starayże my się przez wszystkie
dni życia naszego tak postępować cnoty,
wzięte, ażebyśmy raz żyli na ow... ...
...ści pełne zadowolenia ... ...
... wielkogo

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO JURIDICA, DE JURE PATRONATUS,

Ex c. Præterea. & c. Cum autem;
juncta l. si Nepotes. ff. de Collatione.

Pro Loco
In Collegio Iuridico Vniversitatis
Cracoviensis
OBTINENDO,
PER
M. VALENTINVM IOSEPHVM
LURENSKI,

Phil: Doctorem & Professorem, Collegam Minorem, Notarium Apostol:

In Lectorio CC. DD. IureConsultorum
Disputationi Publicæ

PROPOSITA.

Annô Salutis humanæ 1725. Die 28. Mensis Maij.

CRACOVIÆ, Typis Viduæ & Hæredum Francisci Cezary, S. R. M. Illustr: ac Rndissi: Dni Episc: Crac: Ducis Severiæ, necnon Scholarum Novodvorscianarum Ordinarij Typographi.

QUÆSTIO JURIDICA, DE JURE PATRONATUS.

U. Jus Patronatûs tribuens potestatem legitimè præsentandi Clericum ad Beneficium Ecclesiasticum vacans, & ex fundatione, sivè ex dotatione, vel cõstructione acquisitum, aut aliundè in alium ritè translatum, aliquãdò amitti possit, nec ne?

CONCLUSIO I.

JUs Patronatûs tribuit potestatem legitimè præsentandi Clericum intra debitum tempus ad Beneficium Ecclesiasticum vacans. (a)

(a) c. a Nobis h. t. c. un. eodem in 6.

CO-

COROLLARIUM I.

PRimaria Patronorum prærogativa est, quòd personam nominare possint, quamcunquè voluerint capacem Beneficij, ad Beneficium suæ Ecclesiæ patronatæ. (b)

(*b*) *c. Præterea* 4. *c. cum Laici & alibi h. t.*

COROLLARIUM II.

POtestas hæc præsentandi est Jus reale, quatenus Ecclesia Patronata est Patrono subordinata, & in tantùm subjecta, ut teneatur Clericum ab eo præsentatum acceptare. (c).

(*c*) *Abbas in c. Examinata de Iudicijs. c. quoniam. c. quod autem. c. significásti h. t. c. cum autem h. t. in 6.*

COROLLARIUM III.

LEgitimè Clericus præsentatur, si Patronus non Symoniaco, nec alio modo à jure prohibito eundem præsentet. (d).

(*d*) *Conc: Trid: Sess: 22. de Refor: cap: ult. c. un. §. verum h. t. in 6.*

COROLLARIUM IV.

PRæsentatio debet præsentari Episcopo, vel alteri Jus instituendi Clericum habenti. (e)

(e) *Panormit: in c. ea nascitur de his, quæ fiunt à Prælatis &c.*

COROLLARIUM V.

JUs Patronatûs competit aliquando Clerico; aliquãdo Laico: sive Mari, sivè Fæminæ, sivè libero, sive non libero, dummodo non sint infideles, Hæretici, excommunicati, vel Religiosi Juris Patronatûs incapaces. (f)

(f) *c. vergentis & ult: de Hæret: c. secundùm leges eodem in 6. c. un: de sede vacan: in 6. Covarruvias in c. Alma Mater p. 1. §. 7. v: 12.*

CONCLUSIO II.

ACquiritur Ius Patronatûs ex fundatione, sive ex dotatione, vel constructione Ecclesiæ Patronatæ. (g)

(g) *Conc: Trid: Sess: 25, de Refor: cap: 9.*

COROLLARIUM I.

HI modi non requiruntur conjunctivè, dummodò dotatio sit sufficiens. (h).

(h) c. nobis. c. quoniam h. t. Conc: Trid: Seß: 25. de Refor: cap: 9. c. Filijs. c. decernimus 16. q. 7.

COROLLARIUM II.

NEc opus est, ut, qui fundat, dotat, aut ædificat Ecclesiam, Jus Patronatûs expressa conventione sibi reservet, si modò consensus Episcopi in talem fundationem, dotationem, aut ædificationem accesserit. (i)

(i) c. Nobis de Iure Patronatûs. c. piæ mentis 16. q. 7. cùm nemo, de consecra: dist: 1.

COROLLARIUM III.

SI tamen unus subministrâsset dotem non sufficientem, talis non Dotator sed Benefactor duntaxat reputandus foret. (k)

(k) gloß: in c. quicunq; 30. V. aliquod eadem. q. 7. Engel de Iure Patronatûs n. 21.

COROLLARIUM IV.

PAtronus Laicus poteſt in præſentatione variare, quamdiu ſupereſt tempus legitimum, ſeu quadrimeſtre, & inſtitutio interea non præceſſit; Patrono autem Eccleſiaſtico id non licet, cui ſemeſtre pro facienda præſentatione indulgetur. (l)

(l) c. quoniam. c. quod autem. c. ſignificâſti. c. cum autem. c. cùm dilectus h. t.

COROLLARIUM V.

JUs Patronatûs eſt multiplex: nam aliud eſt Laicale, quod Laicis, aliud Eccleſiaſticum, quod Perſonis Spiritualibus, aliud mixtum, quod utriſq; competit. (m) 2do. dividitur in Hæreditarium, quod ſpectat ad hæredes, & Gentilitium ſeu Familiare, quod competit Perſonis de Gente, & Familia Patronis; vel eſt Mixtum, quod utriſquè competit. (n) 3tio dividitur in Reale & Perſonale; illud cohæret rei, & transfertur ad quemcunq; illius rei poſſeſſorem, hoc verò cohæret Perſonis, Patronis eorumq; deſcendentibus, aut alijs Hæredibus. (o)

(m)

(m) *Cardinalis de Luca de Iurepatr: disc: 59. l. un. C. si in communi. c. ult: de mutuis petit.*

(n) *c. quoniam eodem tit. Clemen: un: eodem Cardinalis de Luca de Iurepat. discep: 23. nu: 3. & seq.*

(o) *c. ex literis. c. cùm sæculum 13. h. t. Engel. ad Cit. h. t. nu: 23.*

CONCLUSIO III.

JUs Patronatûs in alium ritè transfertur hîs potissimum modîs; vēditione, donatione, permutatione, successione, (p) præscriptione & privilegiô (q)

(p) *Gloss: mag: in c. 26. piæ mentis 16. q. 7. & in c. cùm sæculum v. empt: ubi Anton: Butri: nu: 4. h. t.*

(q) *Conc: Trid: Sess: 25. de Refor: cap: 9. Molyn: dispos: 70. in princ: & dispos: 75. p. 1. Covarruvias c. poss: p. 2. §. 10. nu: 8. de R. I. in 6. Abbas in c. cura nu: 1. h. t.*

CO-

COROLLARIUM I.

LIcet Jus Patronatûs per ſe, & tanquam ſeparatum à re, in qua conſtitutum eſt, vendi non poſſit abſquè ſimoniæ labe; (r) tamen cum universitate bonorum in ſe tam corporalia, quàm incorporalia includentium (s) vendi poteſt, & cum ea vendita tranſit, niſi nominatim in contractu exceptum fuerit. (t)

(r) c. de Iure. c. quia Clerici. c. Præterea ex eodem Conc: Trid: Seſſ: 25. cap: 9. de Refor: verſic: nec dictum Ius Patronatûs.

(s) Abb: in c. ex literis ex. eodem.

(t) c. Neminem. c. ex literis. c. cùm ſæculum, ex. h. t. l. hac ff. de contrahen: empt.

COROLLARIUM II.

TRanſit Jus Patronatûs etiam titulò donationis, aut legati, (u) dum modò tamen, ſi donetur vel legetur laico, vel ex intervallo accedat conſenſus Epiſcopi, (x) alioquin, ſi donetur vel legetur Eccleſiæ, aut loco pio, ſeu religioſo, nullo Epiſcopi conſenſu opus eſt. (y)

(u) c. ex inſinuatione ex. eod. c. un: eod: in 6.

(x) Abbas

(x) *Abbas in c. cum ſæculum ex. eodem.*

(y) *c. nullus & quæ ibi notant: Gloſſ. & D.D. x. eod: d. c. un: e. t. in 6.*

COROLLARIUM III.

JUs Patronatûs pro quacunq; re temporali permutari non poteſt, (z) niſi pro ſpirituali, vel annexa ſpirituali; (aa) Epiſcopo ad id conſenſum præbente. (bb)

(z) *c. fin: eod: facile enim Simoniam incurrerent: juxta not: in c. 6. ad quæſt: e. c. de Iure h. t.*

(aa) *d. c. ad quæſt: cap: 40. nemini 16. q. 7. gloſſ. in Clem: plures. V. liberè & in c. ſæculum. V. Empt: ubi Hoſtien: in ſum: verſ: qualiter transfertur.*

(bb) *d. c. illud. c. quod autem. c. Cura. h. t. c. 1. eod: in 6. in princ: Rofred: in praxi 1. Pontif: p. 5. h. t. Rubr: qualiter & quibus &c. nu. 5.*

COROLLARIUM IV.

HÆreditas, quæ eſt ſucceſſio in univerſum Jus, quod defunctus tempore mortis habuit, (cc) defertur vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. (dd) Hæc eſt ſubrogatio quædam alicujus perſonæ in

Jus & locum alterius, ex lege tacita & præsumpta voluntate defuncti obveniens. (ee)

(cc) *l. 26. Hæreditas. ff. de R. I. l. 24. Nihil aliud ff. de V. S.*

(dd) *constat ex toto tit: ff. & tot: C. & extra de testam: & success: ab intestato.*

(ee) *tot: tit: ff. & C. de Hæred: instituen: l. 8. conficiuntur §. 1. ff. de Iure Codicil: & in Authent: de Hæred: ab intestato.*

COROLLARIUM V.

QVodsi plures compatroni extiterint, aliquibûs eorum decedentibûs, & hæredibus ad sucessionem vocatis, ipsi quidẽ Patri suo in capita, respectu tamen compatronorum in stirpes succedunt. Hinc casu præsentationis etiamsi plures fuerint, unam tantummodò vocem habebunt, (ff) liberi, qui non sunt Hæredes (ut sunt omnes illegitimi) hoc Jus ex successione sibi nequaquam usurpare audent. (gg)

(ff) *Clem: si plures ubi gloss: mag: h. t. plures enim uni succedentes, loco unius habentur l. 105. si fundus ff. de Condit: & demonstrat.*

(gg) *arg: c. 10. si gens Anglorum, dist. 56. cap: 31.*

Fi-

Filijs 16. q. 7. non licet enim in loco honesto ut inquit Imper: l. 4. si qua C. de specta: & lenon: inhonestas advocare personas. l. fin: C. de Natur: lib: Abb: in c. cùm sæculum. nu: 5. Butrio nu: 4. in fin: h. t. Covarr: var: resol: lib: 2. cap: 18. nu: 7.

CONCLUSIO IV.

JVs Patronatûs amitti potest. (hh)

(*hh*) *Barbosa lib: 3. cap: 13. n. 254. Zoezius h. t. n. 68.*

COROLLARIUM I.

INprimis totali destructione Ecclesiæ. (ii)

(*ii*) *Barbosa & Zoezius locis cit: arg: §. finitur Instit: de usu fruct: l. si non fructus ff. quibus modis usus fructus amittatur.*

COROLLARIUM II.

AMittitur quo ad actum principalem sui Jus præsentandi, si cum speciali Patroni consensu, citra specialem Juris præsentationem Ecclesia

patronata mutetur in Collegiatam, vel Conventualem, quia hoc fit per electionem. (kk)

(*kk*) *c. Nobis de Iurepat:*

COROLLARIUM III.

PRæterea privatur pro hac vice, si Patronus simoniacè præsentet. (ll)

(*ll*) *Conc: Trid: Sess: 25. cap: 9. de Refor:*

COROLLARIUM IV.

ITem Patronus est indignus Jure præsentandi, si se in perceptionem fructuum ingesserit, ne ad eum, ad quem spectant de Jure, pertineant. (mm)

(*mm*) *Conc: Trid: cap: ult: de Reform:*

COROLLARIUM V.

PRæterea ex delicto amittitur Jus Patronatûs, si Patronus mutilet vel occidat Rectorem Ecclesiæ, aut alios Clericos Ecclesiæ Patronatæ, (nn) si in alios titulo vitioso, aliàs in Jure graviter prohibito transferre præsumpserit, (oo) si lapsus in hæresim formalem, vel crimen grave, ob quod

con-

confiſcationem mereatur bonorum; quibus ad alios transfertur Jus Patronatus reale. (pp)

(nn) *c. in quibusdam.*
(oo) *Conc: Trid: Seſſ: 25. cap: 9. de Reform:*
(pp) *Engel Viſtnen: 8. q. a. 2. & ſequen:*

Et hæc
Soli Juſtitiæ CHRISTO,
Auroræ Salutis MARIÆ,
Sideribus diverſæ magnitudinis
Cæli Indigetibus,
vel maximè
Jus Patronatûs Academicum
manutenenti
Divo JOANNI CANTIO
Do, Dico, Conſecro.



SVB FELICISSIMO REGIMINE,

Magnifici Perillustris & Reverendissimi D.

D. M. JOANNIS LUKINI,

V. I. DOCTORIS & PROFESSORIS, Ecclesiarum, Cathedralis Cracoviensis CANONICI, Collegiatarum Visliciensis & SS. OO. Crac: PRIMICERIJ, Sławkoviensis PRÆPOSITI, Contubernij Regio-Jagelloniani PROVISORIS, Studij Almæ Vniversitatis Cracovien: GENERALIS ac VIGILANTISSIMI

RECTORIS.

Wyciąg Historyi Polskiey

Zdanie swiętne i pamiętne
(Olwinowskiego)
na pochwałę Jana Sobieskiego
3. Krola Polskiego mowi że miał
szczenście Cezara, Potengę Augus
ta, sprawiedliwość, Trajana
Łaskość Titusa, wielgość Konstan
tyna pobożnośi Graciana wier
ności Teodosiusa.

Głod za Augusta 2go Widzieć by
ło po miastach, miasteczkach wsia
ch ludzi kupami po rynku uli
cach leżących a od głodu umiera
iących matki dzieci porzucały
na drogach goscincach nie maiąc
ich czem żywić a niektore naich
smierć z głodu umieraiących patrzyć

Diocleciano et Maximiano.

sectio 3:

De lege humana

½ Q. Quid est jus gentium?

R: Jus gentium est, jus ab o
Gentibus, usu et consuetu
legis habente introduct
Est jus non scriptum quod
nationum consensu et u
vim obligandi habet. sic ad
tium spectat divisio et prop
norum. Quare jus gentium
dam lex humana virtualiter
valenter.

Q Quid est lex positiva?

R. Lex positiva est ea quae liber
latore est lata, et aliter prom
~~quam per lumen naturale~~
~~per lumen naturale~~ aliquo
externo vg sive voce sive scri

Q Quid est Lex mere positiva?

R. Lex mere positiva est ea quae se
statuit aliquid, Quod non est sta(sic)
jure naturali, sed quod jus natu
permittit, v statuit vg ut lex
comesionem declarat

F